Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



tas parabolam in proverbium israhel dicentes: patres comederunt uuam acerbam: et dentes filiorum obstupescunt. Quia ecce dicit dominus deus: si erit vobis ultra parabola hec in proverbium in israel. Ecce omnes animae meae sunt: ut anima patris: ita et anima filii mea est: Anima quae peccaverit ipsa morietur. Et vir si fuerit justus et fecerit iudicium et justitiam: in montibus non comedent: et oculos suos non levabit ad idola domus israel: et uxorem proximi non violavit: et ad mulierem menstruatam non accesserit: et hominem non contristaverit: pignus debitori reddiderit: per vim ablata non rapuerit: panem suum esurienti dederit: et nudum operuerit vestimento: ad usuram non commodaverit: et amplius non acceperit: ab iniquitate averterit manum suam iudicium verum fecerit inter virum et virum: in praeceptis meis ambulaverit: et iudicia mea custodierit ut faciat veritatem hic justus est vita vivet. Ait dominus omnipotens.

Custodi me domine Ge ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum pro